

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon  
pharmaceutico-chymicum**

**Spina, David de**

**Francofurti ad Moenum, 1700**

[Butyrum]

[urn:nbn:de:bsz:31-127465](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127465)

ejusdemque abstractio, tertiâ vice reperatur. Massam in cucurbita residuam à cucurbita fracta studiosè repauiam, ( ne aculeis vitreis minutissimis inquinetur, ) aquâ simplici affusa, repetitis vicibus ablue & edulcora; pulverem verò residuum, probè priùs siccatum ac crucibulo immissum, Vulcano, per bihorii spatium circiter, committito, ut leniter, ( continuò tamen candendo ) calcinetur.

Arque sic dextrè & legitimè erit confectum hoc Bezoardicum, Solare nuncupatum. Hoc super porphyrite probè levigatum, in vitro benè clauso, quo ab aëre libero arceatur, studiosè asservandum.

Sudoriferum est & cordiale admodum præstans, tempore pestis ac in febribus malignis, aliisque morbis contagiosis, curativè adhibitum; pellit ludorem, & cor malignis vaporibus tutatur.

Dosis ℞j. ad ℥. etiam dimidiam, & ℞ij. si necessitas ita postulaverit. *Vid. corp. ph. p. 289. 4.*

**Butyrum Antimonii Le Mery.**

Pulverisa ac accuratè commiscee *sublimati corrosivi*, & *Antimonii* partes æquales, hac mixtura impleatur dimidia retortæ pars; hanc inditam parvæ fornaci, impone arenâ, ipsique recipiens adapta, luto agglutinâ commissuras, ac in destillatione procede ut artis est.

Cum ergò primo apparebunt vapores rubri, recipiens remove aliumque admove commissuris non lutatis, quousque retorta candescat, tum ignem auge; per 3. vel 4. horas continuas, hinc retortam refrigerari permitte, eamque frange, & invenies Cinnabarinâ sublimatam ac collo adhærentem; dissolve eam ac serva.

Optimum est remedium adversus luem veneream

& epilepsiam, operatur per sudores à 6. granis ad 1 ℥.  
in forma pilulari vel boli cum conservâ. *Vid. corp. ph.*  
*p. 54. a.*

### Liquor sive Butyrum *Arsenici.*

℞. *Pulveris Arsen. fixi* q. v. dissolvatur in cella per  
deliq.

Sic conducit venenatis ulceribus in lue venerea, can-  
cro, Serpigiæ, ani fistulis, mortu canis rabidi, &c.

Ufus ☉ Arsen. illius (vel pulveris) tantum in ♀  
*plantag.* vel *persic.* solvitur, ut mixtura ipsa gustu lin-  
guæ tolerari possit.

Aqua illa lavetur vulnus seu ulcus.

*Basilius* addit Sal. S<sup>r</sup>i & ad liquefendum exponit.

*Vid. corp. ph. p. 57. a.*

### Butyrum aliud *Arsenici.*

℞. *Butyri Arsen.* ℥j. ☉ *Myrrh.* ℥ij.  
Misce.

*Paracelsus* I. de mort. rer. nat. hanc Arsen. fusionem  
instituit cum *sal. nit.* liquefactionemque subsequen-  
tem in cella, mortificationem vocat, atque *Realga-*  
*ria*, &c. Simili modo posse mortificari perhibet.

*Quercet.* in spagy. præparatione præparationes  
Arsen. datas ænigmaticè describit, quas in *Querc.*  
*Redivivo* enucleatas reperies. *Vid. corp. ph. p.*  
*57. a.*

### C.

Cæmentum Vulgare, fieri solet hunc in  
modum.

℞. *Farina laterum* ℥viii. S<sup>r</sup>i ppt. ℥iiij. *Nitri, aruginis*  
aa. ℥ß.

M. fiat pulvis. *Vid. corp. ph. p. 233. a.*

Cæmen-